Ra Ergo Omnis homo sentit

Hac eadem ratione discet quisq in aliis modis arreddd

et 3ue figurae formare syllogismos

Nota modos indirectos tripliciter a modis directis differe. Primo quia indirecti sunt imperfecti 2do quia ame figurae regulas proprias non servant omnes 3rio quia maiorem extremitatem in conclusione ponunt pro subiecto maiorem pro Predicato et ab hac maioris et minoris extremitatis permutatione dicuntur modi indirecti id est inverso ordine concludentes

Recita Exempla modorum directorum

1

Ba Omnis ~~Avis~~ Avis ē animal
Ra. Omnis Corvus ē avis
Lip. Ergo Quoddā anal ē corvus

Hic vides maiorem extremitatem s: (animal) in conclusione poni pro subiecto minorem vero s: corvus pro Predicato quod quidem in omnibus istis modis indirectis videbis

Ce Nulla arbor ē elementum
Lan: Omnis Quercus ē arbor
Tes Ergo Nullū Elementū ē quercus.
Da Omnis passer ē animal
Bi Quedā avis ē passer
Tis Ergo Quoddā anal ē avis.
Fat Omnis albedo ē color
Esm Nullus homo ē albedo
O Quidam homo nō ē color
Fri Quoddā vivens animal
Esm Nullus ignis ē vivens
O Quoddā animal nō vivens.

De 2da Figura

Quomodo est medium in 2da figura poni
Medium in 2da figura et in maiori et in minori praemissa debet pro praedicato poni

Quot sunt Regulae 2dae Figurae propriae

Quatuor. Prima Regula

In 2da figura figura maior semper debet esse universalis sive affirmativa sive negativa

Secunda Regula

In 2da figura minor est omnifaria libera, id est potest esse universalis vel particularis affirmativa vel negativa

Tertia Regula. In 2da figura semper est debet una neganda

In 2da figura ex puris affirmativis nihil sequitur, id est si maior et minor fuerint in secunda figura affirmativa tunc malus efficitur syllogismus qualis est iste

Omnis Bos habet Os sed tu
Tu habes os ergo
Tu es Bos

Quot sunt modi 2dae figurae
Quatuor. Cesare Camestres Festino Baroco

Da exempla istorum modorum

Ces Nulla albedo est virtus
A Omnis iustitia est virtus ergo
Re Nulla iustitia est albedo
Ca Omnis Homo est animal
Mes Nullus Lapis est animal ergo

Tres Nullus Lapis ē homo
Fes Nulla aqua ē nigredo
Ti Quida color ē nigredo Ergo
No Quida color n ē nigredo aqua
Ba Omne aurū ē metallum
Ra Quodda animal n ē animal Ergo
Co Quodda animal n ē aurum

De 3tia Figura

Quomodo medium in 3tia figura disponitur

Medium in 3tia figura et in Maiori et in minori pro subiecto ponitur

Quot st Regulæ 3tiæ figuræ ppriæ

Tres Prima Regula

Maior in 3tia figura ē omnino libera id est potest eē Universalis et particularis affirmativa et Negativa

Secunda Regula

In 3tia figura Minor debet eē semper affirmativa

Tertia Regula

In 3tia figura conclusio semper debet eē particularis

Quot sunt Modi 3tiæ figuræ

Sex Darapti Felapton: Disamis, Datisi Bocardo, Ferison

Da Exempla istorum modorum

Ba Omnis iustitia ē Qualitas
Ra Omnis iustitia ē virtus Ergo
Pri Quædam virtus ē Qualitas

143

Fe Nulla albedo ē lapis
Lapis Omnis albedo ē color Ergo
Son Quidā color n̄ ē lapis
Dis Quedam pyrus ē vives
Amo Omnis pyrus ē arbor Ergo
Is Quidda arbor ē vives
Da Omne aurum ē substantia
Tis Quodda aurū ē metallū Ergo
I Quodda metallū ē substantia
Bo Quedam aqua n̄ ē arbor
Car Omnis aqua ē elementū Ergo
Bo Quodd elementū est aqua
Fe Quedam licentia ē peccatum Ergo
Ris Nulla licentia ē virtus
On Quodda peccatū n̄ ē virtus
Recita Quatuor versiculos de omnibus modis trū
figurarum
Barbara, Celarent, Darij Ferio Baralipto
Celantes, dabitis, Fapesmo Frisesomorum
Cezare Camestres Festino Baroco Darapti
Felapton Disamis Datisi Bocardo Ferison
Quotuplices sunt modi perfecti
Duplices alii perfecti alii imperfecti
Quot sunt modi Perfecti
Quatuor isti Barbara celarent Darij Ferio

Quot sunt Modi Imperfecti

Sunt omnes reliqui præter istos quatuor

Nota Prima figuram nobiliorem esse et perfectiorem et magis in usu quam 2dam et tertiam 1mo Quia prima figura concludit omnia genera Enuntiationum 2da vero tantum negativam nunquam affirmativam 3na vero tantum particularem nunquam universalem Nota 2do quia Medium in sola prima figura prima vere medium locum seu situm obtinet Nam est inter minorem extremitatem de qua prædicatur et inter maiorem extremitatem cui subiicitur 3no Quia illatio et consequentia clarius et evidentius patet in prima figura quam in aliis duabus

De Principiis Regulativis Syllogismorum

Quotuplicia sunt principia Syllogismorum

Duplicia alia dirigentia Quæ perfectis Syllogismis immediate. Imperfectis vero mediate et remote conveniunt Alia Perficientia quæ solis Imperfectis inserviunt. Prima dirigentia sunt axiomata seu Enuntiationes indemonstrabiles quibus nititur consequentia Syllogistica

Quot sunt Principia dirigentia

Duo Unum affirmativum aliud Negativum Affirmativum est illud Quidquid prædicatur de aliquo subiecto communi universaliter sumpto prædicatur etiam de omni illius subiecto inferiori V.G. quia substantia de omni animali in hac Enuntiatione Omne animal est substantia ideo etiam prædicatur et de homine et de bove et de Leone et de omnibus aliis animantibus in talibus

Enuntiationibus (Ergo omnis homo ē substantia)
Negativum ē istud. quidquid negat. de subiecto com
muni universaliter sumpto negat etiam de omni illius
subiecto inferiori V.G. Quia lapis negat seu removet
ab omni animali dū dicit (Nullū animal e Lapis) Id
deo etiam negat et removet ab homine et ab aliis ani
malibus in talibus Enuntiationibus (Ergo nullus ho
mo ē lapis)

Quomodo a Logicis vocant ista duo Principia
Affirmativum vocat (dici de omni)
Negativum vero vocat (dici de Nullo)

Quot sunt Principia Regulativa Syllog: Perfectorum
Affirmativū s: Barbara Darii ē Principiū regu
lativū dici de omni Negativum vero s: Celarent
et Ferio ē Principium regulativum, dici de nullo

Quid ē principio dirigi Regulari seu confirmari
Est verificari de syllogismo superius axioma affirma
tivū v. negativum seu Est habere talem disposi
tionem quale ipsū principiū indicat. Huius modi
dispositio in syllogismis perfectis clarē ī imperfectis
vero subobscure conspicit.

Cur vocant Principia dirigentia
Quia ostendunt quomodo syllogismi communes sensus
iudicio debent disponi

Quod ē Principium Regulativū Syllog: Imperfectorū

Reductio. Hoc principium vocat perficiens

Quid ē Reductio?

Est trans-mutatio Syllogismi imperfecti in Syllogismū primæ Figuræ perfectum clarius ostendi quod ē talibus præmissis sequatur talis conclusio.

Nota reducere Syllogismū nihil aliud ēē nisi ex Syllogismo imperfecto facere perfectum ut imperfectus ostendatur fuisse elegantissimus. Seu reducere Syllogismū ē bonitatem unius Syllogismi minus notam per bonitatem alterius Syllogismi magis notam ostendere.

Quot modis imperfectus Syllogi: ad pfectū reduci potest

Quatuor. 1mo per Conversionem simplicem 2do p conversionem p accidens 3tio per Præmissarum transpositionem; ita ut ex maiori fiat minor et ex minori fiat maior 4to per deductionem, ad impossibile seu manifestum absurdū seu falsum.

Nota reductionem quæ fit p conversione et transmutatione vocari reductione ostensivam.

Quid est Reductio Ostensiva

Est cum in Syllogismo perfecto ad quem fit reductio infertur eadem conclusio quæ inferebatur in imperfecto v. certe eius conversa

Quot sunt Instrumenta Reductionis Ostensi

Duo ista s. Conversio et præmissarū transpositio. Quid sit Conversio simplex et p accidens dictum ē in tertia parte

Quae et quot sunt observanda ei qui syllo
gismos imperfectos vult reducere.

℞. Primo observet istas quatuor conversiones C B D F
J a quibus omnes modi tam imperfecti quam perfecti
incipiunt 2do sciat modos omnes imperfectos reducendos esse
ad primos 4uor modos primae figurae 3tio notet modos
qui incipiunt a B reduci ad Barbara, qui incipiunt a
C reduci ad Celarent, qui incipiunt a D. reduci ad Darii, qui
incipiunt a F reduci ad Ferio 4to notet alias quatuor conso
nantes istas S P M C, quarum in quibusdam modis tan
tum una, in quibusdam vero duae reperiuntur, de quibus
duos addiscas istos versiculos

S. vult simpliciter verti P vero per Acci:
M vult transponi C per impossibile duci

Declaratio versiculorum

℞. S. vult simpliciter verti i. de enuntiatio est simpliciter con
vertenda poni, P. vero per acci: i. de enuntiatio debet di
M. vult transponi i. de praemissa s. maior et minor sunt trans
ponendae dici, C. per impossibile duci i. de docet syllogismum
esse ad impossibile v. g. in hoc modo Camestres prima conso
nans s. C. iubet hunc modum reducere ad Celarent 2da
consonans s. M. iubet ut praemissae transponantur 3tia conso
nans scilicet S: quae in duobus locis poni iubet ut et minor et con
clusio simpliciter convertantur 5to observes quando opus
erit convertere et transponere praemissas: tunc prius eas conver
tas et conversas transponas 6to scias eas enuntiationes in qui
bus non sunt istae consonantes S P M C integras et immu
tatas debere manere 7mo in his omnibus modis vocales A.
E. I. O. significant qualitatem et quantitatem enuntiationum consonantes

quatuor isti B, C, D, F significant, ad quos modos Syllogismi imperfecti sunt reducendi. Consonantes istae quatuor S, P, M, C, sciant speciem et instrumentum reductionis aliae consonantes omnes sunt otiosae et ad artificium nostrum Logicum inutiles. Ergo ut facilius addiscas reductionem Ostensivam hic quatuor cape exempla.

Primum Exemplum

Ba Omne animal est substantia
Ra Omnis piscis est animal Ergo
Lip Quaedam substantia est piscis

Hic Syllogismus incipit a B et ideo est reducendus ad barbara et quoniam est unica consonans ex illis quatuor S, P, M, C, ideo convertas conclusionem istam (Quaedam substantia est piscis) sic (Omnis piscis est substantia) et habebis Syllogismum in Barbara talem.

Bar Omne animal est substantia
Ba Omnis piscis est animal Ergo
Ra Omnis piscis est substantia

Secundum Exemplum

Ca Omnis bos est intelligibilis
Mes Nullus homo est intelligibilis Ergo
Tres Nullus homo est Bos

Hic Syllogismus ut reducatur ad Celarent indiget tribus Primo ut minor ista, Nullus homo est intelligibilis convertatur simpliciter sic, Nullum intelligibile est homo 2do ut praemissae transponantur 3tio ut simpliciter conclusio convertatur, ut sic ordines

Ce Nullum intelligibile est homo
la Omnis Bos est intelligibilis Ergo
Rent Nullus est Bos homo

Tertium Exemplum

Dis - Quidam homo ē substantia
Am Omnis homo ē animal Ergo
Is Quodā animal ē substantia

Hunc syllogismum reduci ad Darij conversa maiore simpliciter et conclusione item transpositis præmissis hoc modo.

Da Omnis homo ē animal
Ri Quoddā substantia ē homo Ergo
I Quoddā substantia ē animal.

Quartum Exemplum

Fa Omnis Leo ē animal
Esm Nullus Lapis ē Leo Ergo
O Quoddā animal n̄ ē Lapis

Hic syllogismus reducetur ad Ferio conversa maiore per accidens Minore vero simpliciter et transpositis præmissis tali ratione

Fe Nullus Leo ē Lapis
Ri Quoddā animal ē Leo Ergo
O Quoddā animal n̄ ē Lapis

Quot modi reducuntur per ostensiva reductionem

Tredecim s. omnes imperfecti qui in medio consonantem carent. Quo tempore utimur reductione ostensiva et per impossibile

Tunc quando aliquis præmissas præmissas syllogismi fieri in aliquo modo concedit et negat consequentiā eo tempore uti debemus tali ratione

De Reductione per Impossibile

Quid ē Reductio per Impossibile

Quando ex contradictoria conclusionis et una præmissarum

infert contradictoria v. contraria alterius premissæ

Quot modi reducuntur ad Impossibile

Duo Baroco et Bocardo, possunt quidem et alii omnes imperfecti modi reduci ad impossibile: tamen talis eorum reductio non ē ita in usu frequens propterea quia facilius possunt reduci per ostensivam reductionem

Quomodo et quando reductione ad Impossibile ē utendum.

Quando adversarius concedit ambas premissas sed negat conclusionem ēē veram et eam posse colligi ex premissis tunc per Impossibile imperfectum syllogismum reduces hoc ordine. Si ista conclusio ñ ē vera nec sequitur ex premissis. Ergo necessario debes fateri ipsius conclusionis contradictoriam ēē veram: hanc meam contradictoriam accipio pro premissa et ex illa cum aliqua premissa concessa infero oppositum alterius premissæ quod erit apertissime falsum et contra te qui ambas premissas concessisti

Exemplum Primum

Ba Omnis diligens ē assiduus in schola

Ro Quidam studiosus ñ ē assiduus in schola Ergo

Co Quidam studiosus ñ ē in schola

Si adversarius concedit maiorem et minorem negat vero conclusionem. Ergo debet concedere contradictoriam conclusionis s. hanc Omnis studiosus ē diligens. Iam vero reservemus hic istam contradictoriam conclusionis pro futuro syllogismo quando reducam Baroco ad Barbaram. Deinde volens conficere ex syllogismo in Baroco syllogismum in Barbara Universalem propositionem nunquam variabunt sed in suo loco relinquam: et quoniam hæc propositio ē universalis ibidem eam locabo hoc modo

Bar Omnis diligens ē assiduus in schola

Ba

Ra

Deinde pro maiori premissa illa contradictoria quam mihi reservavi pono sic

Bar
Ba Omnis studiosus est diligens
Ra

Tandem ex his premissis infero conclusionem istam (Ergo Omnis studiosus ē assiduus in schola et sic integer syllogismus in barbara erit

Bar Omnis diligens ē assiduus in schola
Ba Omnis studiosus ē diligens Ergo
Ra Omnis studiosus ē assiduus in schola

Tunc ulterius procedo ut convincā adversarium hoc modo. Conclusio ē manifeste falsa s: ista (Omnis studiosus ē assiduus in schola) et tamen necessario et evidenter sequit ex premissis, quia in prima figura nec pt ee conclusio falsa nisi etiam aliqua premissarum sit falsa in isto autem syllogismo maior n ē falsa in Baroco et are concessa Ergo minor ē falsa quae ē contradictoria conclusionis. Signumq ē quod illa prima conclusio particularis negativa in Baroco s: ista (Quidā studiosus n ē diligens) erat vera

Exemplum Secundum

Bo Quidam bos non ē rationalis
car Omnis bos ē animal Ergo
do Quoddā animal n ē rationale

Si in hoc syllogismo adversarius concedat premissas et neget conclusionē ee veram eamq ē premissis sequi tunc hic syllogismus erit reducendus ad Barbara. Et quoniā hic minor ē universalis affirmativa in suo loco remanebit hoc modo

Bar
Ba Omnis bos est animal
Ra

Deinde contradictoria conclusionis pono pro maiori sic

Bar Omne animal ē rationale 7
Ba
Ra
Tandem ex his duabus præmissis infera contradictoria illa
ioris in Barocō: hanc Omnis bos ē rationalis sic
Bar Omne animal ē rationale
Ba Omnis bos ē animal Ergo
Ra Omnis bos est rationalis
Conclusio ē Impossibilis. Ergo aliqua præmissarū non mi
nor quia ē eadem quæ fuit in primo syllogismo concessa
Ergo maior quæ ē contradictoria conclusionis. Ergo si
quiā ē quod illa prima conclusio particularis negativa e
rat vera s: ista (Quoddā animal non ē rationale.)
Notandum primo qui vult omnes modos imperfectos ad im
possibile reducere, tunc ut sciat in cuius præmissæ locum
subrogari debeat contradictoria conclusionis notet has
regulas Pro Prima figura
Maior fit minor ut sit contradictio maior
Ex pe celantes in quo convertitur ordo.
Pro 2da figura
Servat maiore variatque secundā minore
Pro Tertia figura.
Tertia maiorem variat servatque minorem
Notandum 2do ut scias ad quem modum ex quatuor per
fectis reducendi sunt per impossibile singuli imperfecti cu
iusque figuræ, notes hunc versiculum
Phæbi fer axis: obit terras sphæramque quot annis
vel ipsum
Nesciebam odiebam lætare Romanis
Explicatio

Hic prima syllaba (Pha) respondet primo modo imperfecto s. (Baralip) secunda syllaba (Bi) correspondet modo s. (Celantes) tertia syllaba (Fer) correspondet babiretni consequenter deinde vocali in qualibet syllaba (A) sibet in imperfecto modus qui ibi correspondet reducatur ad (Barbara) (E) ad Celarent (I) ad Darii (O) ad Ferio ut in voce habitur 3a syllaba s. Fer correspondet modo imperfecto (Babitti) (C) vero littera indicat modum hunc per impossibile reducendum esse ad Celarent quod omnia diligens studiosus per se cognoscere poterit

Exemplum

Da Omne rugibile est animal

Bi Quidam Leo est rugibilis Ergo

Tis Quoddam animal est Leo

Reducetur ad Celarent sic

Ce Nullum animal est Leo


La Omne rugibile est animal Ergo

Rent Nullum rugibile est Leo


De Arte inveniendi Medii:

Inter officia boni Logici alia dantur etiam hoc maxime utile et necessarium ut nempe sciat in omnibus modis nimirum figurarum syllogismos formare: cum vero ex tribus terminis quilibet syllogismus constet: scilicet medio et extremitatibus ... et medio Necesse est hos tres terminos habere in promptu et extremitates quidam cuilibet in quantumque vero oculos conessit facile occurere possunt Circa medium terminum est aliqua difficultas. cuius inveniendi traditur quaedam figura quae ab antiquis propter difficultatem vocatur Pons asini Siquis enim hanc artem non perceperit vel invenerit dicitur metaphorice et tamquam qui per pontem tuto transire non potest est autem haec Figura talis quam diligenter considerabis

G Cagen. utilis ꝑ particula affirm. in ꝗ: 1a conversa C



EH Hedas inutilis ex 2bus negativis DA



F Ehas inutilis ex duabus affirmativis ex 2da figura B

Noster author aliter ejus doctrinam figura proponit hic vides

Typus huius doctrinae

Ubi supra significat praedicari infra subjici extra repugnare

		Modi	Reg:
Fe Ca Na } medium } supra subiectum / infra praedicatum } conclusionis quia Conclusio Universalis affirmativa quia	F C A	Barbara	1
Ca Ge Ti } Medium infra } Praedicati / Subiectum } conclusionis: quia } Conclusio Particularis affirmativa: quia:	C G I	Darapti Disamis Datisi	5
Da Fe Nes } Medium } Extra Praedicatum / Supra Subiectum } Conclusionis: quia } Conclusio Universalis negativa quia:	D F E	Celarent Cesare	2 et 3
He Ba Re } Mediu } Extra Subiectum / Supra Praedicati } Conclusionis. quia } Conclusio Universalis negativa: quia:	H B E	Camestres Celantes	4 8
Ge Da Co } Medium } Infra Subiectum / Extra Praedicati } Conclusionis: quia: } Conclusio Particularis negativa: Quia:	G D O	Felapton Bocardo Fenson trino Fapesmoso	6 a 9
Ba Ge Li } Mediu } Supra Praedicatum / Infra Subiectum } Conclusionis: quia } Conclusio Particularis affirmativa: Quia:	B G I	Baralip Dabitis	7
He Ba Ro } Mediu } Extra Subiectum / Supra Praedicati } conclusionis: quia: } Conclusio Particularis Negativa: quia:	H B O	Baroco	4
Fe Ca Ni } Mediu } Supra Subiectum / Infra Praedicati } conclusion: quia: } Conclusio Particularis affirmativa Quia	F C I	Darii	1
Da Fe No } Mediu } Extra Praedicatum / Supra Subiectum } condu: quia } Conclusio Particularis negativa: Quia:	D F O	Ferio Fesino	2

Haec figura constat ex duobus vocalibus (A et E) et sex consonantibus (BCDFGH) A significat praedicatum conclusionis et habet suas tres consonantes istas (BCD) quae omnes significant Medium scil. B denotat Medium consequens C antecedens D repugnans praedicatum E vero significat subiectum conclusionis et habet itidem tres consonantes (FGH) quae nam medium significant sed F denotat medium consequens G antecedens H repugnans subiectum iuxta hos versiculos

Praedicat A, B sequens C praecedit D sit extra

E subit F sequitur G praecedit H sit extra

Ex combinatione ergo novenaria (quia quaelibet consonans superior cum qualibet inferiore debent coniungi) harum consonantium

BCD

FGH

Consurgunt vocabula huius artis sex utilia tria inutilia quae in his habes versiculis

O Fecana Cageti Dafenes Hebare Gedaco

Baieli nonstant tria Febas Hedecas et Hedas

In his versiculis ultimae certae syllabae denotant quantitatem et qualitatem conclusionis In reliqua vero et prima syllaba vocales et consonantes eum habent valorem quem supra diximus

Nota Antecedens hoc loco (si termini non sint convertibiles) est inferius respectu superioris. Consequens vero superius respectu inferioris Ubi consequens debet praedicari et antecedens subiici, repugnans vero negari et removeri ut patet in his vocibus Homo animal Lapis. Quod si haec ratio inveniendi medii difficilior tibi videtur, nunc hanc nostram sequentem maxime facile addiscas doctrinam

Fecana	Barbara Darii	Quia subiectum ē mediū mediū vero ē Praedicatū
Bajeti	Baralip Dabitis	Quia praedicatum ē mediū mediū vō ē subiectū
Cageis	Darapti Disamis Datisi	Quia mediū ē et Praedicatū et Subiectum
4 Dafenes	Celarent Cesare Ferio Festino	Quia subiectum ē medium vō n̄ ē praedicatū
3 Hebareo	Celantes Camestres Baroco	Quia Praedicatum ē Medium subiectum vō n̄ ē Medium
5 Gedaco	Felapton Bocardo Ferison Fresismo Frisineso	Quia medium ē subiectum et n̄ ē Praedicatum

Hic duos habes modos inveniendi medij Primus ē per voces istas Fecana Cageri ut superius diximus 2dus vero ex altera parte quem facile addisces si consideraveris tres regulas primas pro affirmativis et tres posteriores pro negativis modis clavi. Deinde in prima Regula scias Principium sumi a Subiecto In 2da a Praedicato Interna a Medio. Si ergo detur conclusio ista

Quoddam animal n̄ ē Lapis

Tunc pro Ferio invenies medium per quartam Regulam istam. Quia Subiectū ē Medium Mediū vero n̄ ē Praedicatum sic dicendo. Quoddam animal non ē Lapis Quia animal ē sentiens: sentiens vero non ē lapis ex hoc medio hunc habemus Syllogismum

Fe Nullum sentiens ē Lapis
Ri Quoddā animal ē sentiens Ergo
O Quoddā animal n ē Lapis

Nota primo Nos tradere artem inveniendi medii quod di-
sputantibus ad oppugnandā et confirmandā Thesim aut con-
clusionē aliquam ē necessarium habere unum medium ē illā sen-
tentia est petendum ex quā Thesis v. conclusio deinum. Verū
nos hic ostendimus modum quærendi medii quod dialecticæ
studiosi eo fine inquirunt ut possint in omnibus modis triū
figurarum syllogismos extruere. Nam scire syllogismos for-
mare in quovis modo trium figurarum prima et præcipua
laus ē boni dialectici censetur.

Nota 2do Ad formandū syllogismū et inveniendi medium mul-
ta nobis præsidii afferre arborem Porphyrianam item quan-
titates et qualitates et prædicamentorum.

Nota 3tio in modis particularibus tam affirmativis quam ne-
gativis plerumq; conclusionem ē formandam per prædicati-
one indirecta V.G. Quædā qualitas ē color Quædam substan-
tia ē aurum Ergo

PARS QUINTA

De Syllogismo demonstrativo

Nota Triplicem ē ratione materiæ syllogismi unum
demonstrativum 2dum dialecticū seu probabilem 3tium
sophisticum seu deceptoriū et inter eos præcipuū ē demon-
strativum. Nota 2do in 4ta parte actum fuisse de syllo-
gismo formali idē abstracto a materia nunc vero agit de syl-
logismo demonstrativo idē de syllogismo contracto ad ma-
teriam necessariam

Quid est Syllogismus Demonstrativus

Est qui generat Scientiam id est certam evidentem et perfectissimam cognitionem cui intellectus ita firmiter adhaeret ut securè iudicet oppositum esse falsum

Ex qualibus propositionibus constat Syllog Demonstrativus

Ex necessariis

Quid est Propositio Necessaria

Illa quae est ita vera ut non possit esse falsa qualis est ista homo est rationalis

Quis est Finis Demonstrationis

Scientia perfecta: Nam Syllogismus Demonstrativus est instrumentum talem Scientiam comparandi

Quid est Scientia

Est rei scitae per causam proximam cum certitudine cognitio

Quid intelligitur per Rem Scitam

Conclusio Syllogismi demonstrativi V G Ergo Omnis homo est risibilis Dicitur in definitione cum (Certitudine) id est ut noster intellectus sit certus omnino quod illa conclusio scita sit immutabilis et necessario vera et quod talem necessitatem habeat ex causa Dicitur per (causam) ut per hoc differentia ostendatur inter Scientiam istam perfectissimam et inter Scientiam minus perfectam quae potest acquiri per effectum Dicitur Ultimo (proximam) propterea quia causa est duplex una remota alia proxima

Quid est Causa Remota

Est qua posita non statim ponitur effectus sublata vero statim auferetur effectus. Hoc modo (animal) potest dici causa

remota (risibilitatis) quia destructo animali pereunt ga inferiora s. et homo et risibilitas: sed tamen posito quod aliquid sit animal non statim ponitur quod illud sit risibile et homo

Quid est Causa Proxima

Est illa qua posita necessario ponitur effectus et qua sublata necessario aufertur effectus. Talis causa risibilitatis et rationale quia posito rationali ponitur risibile et sublato rationali tollitur risibile. Similiter pulmo est causa proxima respirationis: quia in quocunque animali est pulmo illud respirat quod vero caret pulmine illud non respirat

De Definitione Demonstrationis

Quid est Demonstratio

Est syllogismus qui parit scientiam perfectissimam constans ex principiis veris primis immediatis prioribus notioribus et causis conclusionis

Nota primo declaratione sensum vocum in hac definitione positarum.

Prima (ex principiis) id est ex praemissis, sive nomine propositione sicut enim ex praemissis res fiunt v.g. ex materia et forma fit ignis seu aqua itaque ex praemissis fit conclusio

Secunda (Veris) quia omnis falsitas a demonstratione excluditur imo et dubitatio et opinio

Tertia (primis) id est non habentibus alias praemissas priores etc.

Quarta (Immediatis) id est non habentibus medium inter subiectum et Praedicatum

Quinta (prioribus) id est ex praemissis quae sunt priores non tempore sed natura nam causae quae sunt tempore effectus sui non sunt causae necessariae (quae sunt opus

in demonstratione sed sunt aut liberæ, aut contingentes. 6. extra (notioribus) i.e. et quo ad nos et quo ad naturam magis manifestis

Septima (causis conclusionis) i.e. ex premissis constantibus et medio quod ē causa conclusionis

Nota 2do has tres particulas (Primum Immediatum et Demonstrabile in hoc loco idem re esse

Nota 3tio hoc axioma (propter quodcunque quodque est tale illud ipsum ē magis tale V.G. aqua ē calida propter ignem Ergo ignis magis ē calidus.) in quibusdam non esse verum ut hic (Petrus ē ebrius propter vinum Ergo vinum magis ē ebrium) item hic: Filius est homo propter patrem Ergo Pater magis est homo quam Filius ut igitur hoc axioma sit perpetuo verum duæ sunt observandæ conditiones 1ma est conditio ut illud tertium in quo duo comparantur insit utrique quemadmodum calor inest igni et aquæ ebrietas autem ē in Petro et non in vino: nam vinum non potest dici ebrium et tamen vinum et Petrum sit comparatio in ebrietate 2da conditio ē ut illud tertium suscipiat magis et minus sicut calor nam secundum calorem aliquid dicitur magis et minus calidum et propter defectum huius 2dæ conditionis non valet dicere Filius ē homo propter Patrem Ergo Pater ē magis homo nam humanitas non suscipit magis et minus ut ē omnis substantia.

Nota 4to Exemplum demonstrationis perfectissimæ quod non sit habere dubium ē: multi tamen Aristotelem tantum depinxisse non autem ostendisse nobis demonstrationem: non aliter atque Plato suam rem publicam Xenophon suum Principem et Cicero suum Oratorem Illud tamen pro exemplo statui potest quod propositiones certissimas

et videntissimas habet V.G.

Omne animal rationale e visibile
Omnis homo e animal rationale Ergo
Omnis homo est visibilis

De Conditionibus Propositium demonstr.

Quot sunt Conditiones Enuntiationum demonstrativarum
Tres: 1ma de Omni 2da per se 3tia universale seu quatenus ipsum

Quid est Conditio de Omni

Est Enuntiatio in qua praedicatur vere dr de omni suo subiecto et omni tempore V.G. H. de Enuntiatio (homo est visibilis) e de omni item ista bos est mugibilis Cygnus e albus Nota duas universitates requiri ad dici omni 1mo Universitatem subiecti 2do Universitatem temporis

2da Conditio e per se sunt autem quatuor modi per se seu perseitatis Primus modus perseitatis e quando praedicatum pertinet ad definitionem subiecti qua lege praedicatum eu genus proximum v. remotum item differentia remota v. proxima item tota definitio (ut) homo e animal rationale 2dus modus perseitatis e quando proprium accidens praedicatur de suo subiecto (ut) homo e visibilis bos e mugibilis

Nota proprium e 2plex Unum simplum quod determinate convenit subiecto ut mugibile visibile etc Aliud duplicatum quod disiunctive dicitur subiecto ut par v. impar rectum et curvum Tertius modus perseitatis scilicet per se ipsam existere ut non in alio quomodo e accidens in subiecto et hic Tertius modus Innet omnes substantias tam universales quam particulares Omnis enim substantia dicitur p se et non per aliud subiectum ut animal bos

Petrus etc. Accidentia itaque non sunt per se in hoc 3tio modo ut album esuriens dulce.
Quartus modus perseitatis significat aliquid esse proximum et per se causam effectus ut edificans edificat.
Nota duos primos modos perseitatis esse modos praedicandi alios vero causandi inter quos duo primi sunt utiles demonstrationi tunc et quartus

De Conditione 3tia scilicet de Universali Conditione

Nota Universale hoc loco esse quod cum sit de omni et per se est etiam solum quod ipsum
Nota 2do per hanc 3tiam conditionem summum gradum necessitatis in demonstrationibus consistere: nam ubi est praedicatum subiecto adaequatum ibi est necessaria conversio quam ex parte praedicati quam ex parte subiecti id est et praedicatum est necessarium subiecto et subiectum universa praedicato est necessarium quia neutrum absque altero potest consistere
Nota 3tio Universale hic nova habere significationem non vero illam vulgarem in 5que praedicabilibus traditam. Idcirco Universale hic est quod praedicatum aequale subiecto id est quod convertitur cum subiecto ut homo est visibilis bos est mugibilis et dicitur illud praedicatum universale propterea quod universum seu totum comprehenditur in illo subiecto et extra suum subiectum nihil ejus invenitur sicut universitas risibilitatis claudit in Homine.

De Partibus demonstrationis et Praecognitionibus

Quot sunt Partes demonstrationis

Tres Principia Subiectum et Passio. Per Principia intellige praemissas demonstrationis Per subiectum intellige subiectum conclusionis per Passionem intellige

Prædicatum conclusionis V.G. in hoc syllogismo

Omne animal rationale ē visibile
Omnis homo ē animal rationale Ergo
Omnis homo ē risibilis

Principia sunt præmissæ istæ duæ: (Omne animal rationale ē risibile) (Omnis homo est animal rationale) Subiectum et homo propria passio ē risibilis

Quot sunt Præcognitiones

4tuor Pma quid nominis id ē quid nomen significat 2da Quia ē id est quod existit res significata per illud nomen 3tia Quid rei id ē quid ē illa res significata per nomen seu quid ē ejus definitio 4to quæ verum

Quot modis præcognosci Subiectum

Tribus 1mo Quod sciat nomen 2do quod existat 3tio quid sit subiectum illud

Quot modis præcognosci Passio

Uno modo sc: Quid significetur per Nomen

Quot modis præcognoscum Principia

2bus 1mo Quid significent 2do Quia vera sunt

Quotuplicia sunt Principia

Duplicia alia communia alia propria Rursus communia sunt duplicia alia universalissima alia minus universalia similiter Principia propria sunt inde duplicia definitio et oppositio

Quid ē Principium Commune

Est propositio quæ propter sui summam evidentiam prædicteris omnibus digna ē ut ei fides adhibeantur ut omne totum ē maius sua parte

Quid est Principium Proprium

Est propositio quæ ex se ē nota absq alia probatione

et in principio suæ scientiæ ponitur tanquam fundamentum dicendorum ut (Ex nihilo nihil) ē proprium principium in scientia naturali

Quid ē Principium Universalissimum
Est Propositio quæ omnibus scientiis deservit et talia principia non sunt nisi duo unum affirmativum (Quodlibet ē aut non est) aliud negativum (nihil potest simul esse et non esse)

Quid ē Principium minus Universale
Est Propositio quæ non omnibus sed pluribus servit scientiis V.G. Omne totum ē sua parte maius et si ab æqualibus æqualia demas quæ remanent sunt æqualia: quæ ambo et Geometriæ et Arithmeticæ inserviunt

Quid significat Suppositio
Suppositio aliquando significat propositionem p̄ se notam de 2do adiacente V.G. hanc (Unus ē numerus) est aliquando etiam significat propositionem p̄ se notam de 3tio adiacente V.G. Omnes anguli recti sunt æquales Paralele nunquam concurrunt

Nota īmo per definitionem hic intelligi definitionem subiecti scientiæ quæ similiter cuiuscunque scientiæ statuitur tanquam radix sequentium

De Divisione
Demonstrationis et Elechio et Proprietatibus

Quotuplex ē Demonstratio
Duplex una propter quid seu a priori alia Quia seu a posteriori seu ab effectu

Quid est Demonstratio propter Quid
Est illa quæ pro medio habet causam proximam

Quid est Demonstratio Quia

Est illa

Est illa quae pro medio habet v. causam remotam v. effectum v. signum

Exemplum demonstrationis Propter Quid

Omne rationale est visibile
Omnis homo est rationalis Ergo
Omnis homo est visibilis

Exemplum demonstrationis Quia

Omne visibile est rationale
Omnis homo est visibilis Ergo
Omnis homo est rationalis

Quot sunt Proprietates demonstrationis

Septem Prima demonstratio constat ex praemissis et ex conclusionibus universalibus et sempiternis non autem ex particularibus corruptibilibus 2da demonstratio constat ex praemissis et conclusionibus necessariis id est quae nullo modo possunt esse falsae 3tia demonstratio habet principia propria id est neque communia quae possunt se extendere ad plura quam ad conclusiones, neque aliena quae sunt alterius scientiae ad quam non spectat Conclusio 4ta demonstratio parit scientiam nobilissimam dictam propter quid 5ta demonstratio praestantissima vindicat sibi primam figuram et primum ipsius modum s. Barbara 6ta in demonstratione finitus processus id est devenire debemus ad prima principia immediata et indemonstrabilia quae amplius non possunt probari 7ma Una demonstratio est nobilior quam altera s. universalis est nobilior quam particularis Item affirmativa quam negativa Item ostensiva quam ducens ad impossibile

Nota medium demonstrationis potissimae esse causam formalem subiecti: aliam vero demonstrationem quae non est potissima posse esse alias causas dicuntur medium demonstrationis esse definitionem subiecti v. Passionis cuius rei habebis documentum alibi.

PARS VI

De Syllogismo dialectico seu Probabili.

Quid est Syllogismus Probabilis

Est qui parit opinionem id est imperfectam cognitionem ita ut quamvis intellectus determinate aliquid credat esse verum, tamen formidat ne suum oppositum sit verum

Ex quibus constat propositionibus Syllogismus dialecticus

Ex probabilibus seu verisimilibus et quamvis aliquando contineat necessariis tamen illae sumuntur quatenus sunt probabiles

Quid est Propositio Probabilis

Est quae videtur esse vera aut omnibus aut pluribus hominibus aut sapientibus

De Speciebus Argumentationis

Quot sunt Species Argumentationis

Quatuor Syllogismus Enthymema Inductio Exemplum quibus addi[tur] sorites et dilema

Quid est Enthymema?

Est argumentatio quae constat ex duabus Enuntiationibus quarum prior vocatur antecedens posterior vero consequens V.G. omnis color est qualitas Ergo omnis albedo est qualitas Item omnis iustitia est virtus Ergo omnis iustitia est laudanda

Nota quod Enthymema aliter vocatur Syllogismus truncatus idque propterea quia illi deesse solet aliquando maior aliquando minor praemissa tunc inde est maior praemissa quando in antecedente ponitur subiectum conclusionis

Quid est Inductio?

Est argumentatio in qua ex singularibus notionibus suffi

rei enumeratis probat Universale minus notum V.G. Cicero e laudandus Demosthenes e laudandus et sic de omnibus aliis Ergo omnis orator e laudandus

Quid est Exemplum

Est argumentatio in qua ex uno singulari noto probat aliud singulare minus notum propter aliquid simile inventum in eis V.G. Alexander e diligens Ergo etiam Jacobus debet esse diligens quia ambo sunt studiosi Item Thebanis contra Phocenses bellum gerere malum fuit Ergo etiam Atheniensibus contra Thebanos bellu gerrere e malum quia ita Athenienses sunt Thebanis finitimi sicut Thebani Phocensibus

De Locis ex quibus petuntur argumenta

Quid est Locus

Est sedes seu domicilium argumenti

Quotuplices sunt Loci

Quadruplices, Intra rem, extra rem, circare, contra rem

Quid est Locus Intra rem

Quando elle dictum seu oratio quid ad probandu assumitur spectat ad naturam rei positae in conclusione.

Quot sunt Loci Intra rem

4uor primus a Definitione 2dus a Descriptione 3tius ab Interpretatione. 4tus a Transumptione

De Loco a Definitione

Definitio e Oratio sciens naturam rei usque explicans per genus et differentiam ut homo est animal rationale

Quatuor autem huius Loci sunt axiomata Primum

Quidquid praedicatur de definitione praedicatur etiam de definito Ut animal rationale e visibile Ergo homo e visibilis

Scdm de quocumque praedicatur definitio de illo etiam praedicatur definitum V.G. Petrus e animal rationale Ergo Petrus e homo

156

3ᵘ Quidquid removetur a definitione etiam removetur a definito V.G. Animal rationale non est lapis Ergo etiam homo non est lapis
4tum Et quocunque removetur definitio ab illo etiam removetur definitum Ut asinus non est animal rationale Ergo asinus non est homo His autem axiomatibus adde adhuc alia quatuor a definitione ad definitionem viceversa
Ium Quidquid praedicatur de definito praedicatur etiam de definitione 2dum De quocunque praedicatur definitum de illo etiam praedicatur definitio 3tium quidquid removetur a definito removetur etiam a definitione.
4tum a quocunque removetur definitum ab illo etiam removetur definitio

De Loco a Descriptione

Definitio significat naturam rei eamque explicat partim per essentialia partim per accidentalia ut homo est animal risibile v. loquens v. bipes. Axioma huius loci sunt 4uor
Primum Quidquid praedicatur de descriptione illud etiam praedicatur de descripto 2dum de quocunque praedicatur descriptio de illo praedicatur etiam descriptum
Tertium Quidquid removetur a descriptione removetur etiam a descripto 4tum A quocunque removetur descriptio ab illo removetur descriptum. Similiter a descripto ad descriptionem viceversa 4uor possunt formari axiomata quae ipse formabis

De Loco ab Interpretatione

Est explicatio alicuius termini minus noti per alium terminum magis notum sive terminus explicans sit simplex sive sit oratio tum eiusdem idiomatis qua

alterius dummodo interpretatio convertatur cum termino interpretato v.g. Philosophus idem amator sapientiae. hic locus etiam habet quatuor axiomata.

Amum Quidquid praedicatur de interpretatione etiam praedicatur interpretato.

2dum De quocunque praedicatur interpretatio de illo etiam praedicatur interpretatum

3tium Quidquid removetur ab interpretatione removetur etiam ab interpretato. 4tum A quocunque removetur interpretatum ab illo etiam removetur interpretatio.

De Loco a transumptione.

Transumptio hic vocatur accessio nominis supplicis magis noti loco nominis minus noti v.g. Gulosus est ineptus ad studia. Ergo Helluo est ineptus ad studia. Axioma huius loci est tale. Quodquod convenit subiecto alicui sub nomine notiori illud idem convenit sub nomine ignotiori.

4 Quid est ab his quae sunt circa rem
Est quando medium syllogismi aliquo modo attingit v. coniungitur rei tales Loci sunt Undecem

1 a Toto	7 ab Usu
2 a Parte	8 a Communiter accidentibus
3 a Causa	9 a coniugatis
4 ab Effectu	10 a Casibus
5 a Generatione	11 a divisione
6 a Corruptione	

De Loco a Toto et a Parte

Totum vero est duplex Totum Universale, Totum Inte

grale Totum in Quantitate Totum in modo totum in Tempore cuilibet autem toti sua pars correspondet

Quid ē totum Universale

Est Omne superius praedicabile respectu inferiorisui animal ē totum respectu Hominis Bovis Leonis Asini hoc totum vocat etiam potestativum Partesque huic toti correspondent vocantur partes subiectivae

Locus a toto Universali habet unum axioma negativum negare superiori negantur omnia inferiora Ex. non ē animal Ergo nō ē homo — *Axioma a toto negativum*

Locus a parte subiectiva duo habet axiomata alterum praedicatur de inferiori praedicatur etiam de superiori Ex. homo movetur Ergo animal movetur 2dum de quocunque praedicatur inferius de illo praedicatur etiam superius Ex. aurum ē Metallum Ergo aurum ē substantia. — *Axiomata a parte subiectiva duo Unum affirmativum aliud negativum*

Quid est Totum Integrale

Est illud quod componitur ex partibus quantitatem habentibus ut domus componitur ex fundamento parietibus et tecto hoc verum dicitur etiam totum materiale et Quantitativum partes huic toti correspondentes vocantur partes integrales

Locus a toto integrali habet axioma unum. Posito toto integrali ponitur quaelibet ejus pars ut domus est Ergo paries est — *Axioma a toto habet unum affirmativum*

Locus a parte integrali Unum axioma habet negativum Ex. Negata parte integrali negatur totum integrale. Paries non est Ergo domus non est — *axioma a parte habet unum negativum*

Quid ē totum in Quantitate

Est quodlibet Universale sumptum cum signo universali V.G. Omnis homo nullus homo Partes ejus totius sunt omnia inferiora ut Plato Cicero Jacobus.
Locus a toto in Quantitate habet duo axiomata Primu Affirmativu Quidquid praedicatur de toto in quantitate praedicatur etiam de qualibet ejus parte ut omnis homo currit Ergo et Paulus currit Secundum negativum Quod removetur a toto in Quantitate removetur et a qualibet ejus parte V.G. Nullus homo mugit Ergo neque Paulus mugit
Locus a parte in Quantitate habet etiam duo axiomata Primu Affirmativum Quod quid praedicatur de omnibus partibus in quantitate praedicatur etiam et de ipso toto V.G. Paulus e Bipes Joannes bipes et sic de singulis Ergo omnis homo e bipes Secundum negativum quidquid removetur ab omnibus partibus in quantitate simul sumptis removetur et ab ipso toto ut Petrus non mugit Paulus n mugit Joannes non mugit et sic de singulis Ergo nullus homo mugit

Quid est Totum in Modo

Est quodlibet Universale sumptu absque aliqua adiectivo determinante V.G. homo equus Leo Partes hujus totius correspondent sunt eadem universalia sumpta cum aliqua determinatione et modo non diminuente V.G. Homo albus equus velox Leo fortis datur etiam determinatio diminuens ipsam naturamque ejus destruens Ut Homo et Mortuus Leo pictus res ficta
Locus a toto in modo unicum habet axioma negativum: Negato toto in modo negantur ejus omnes partes V.G. non e homo Ergo n e homo ingeniosus

Locu

Locus a parte in modo duo habet axiomata Primum Quidquid praedicatur de parte in modo praedicatur etiam de modo VG homo ingeniosus studet Ergo homo studet 2dum De quocunque praedicatur pars in modo de illa etiam totum praedicatur in modo VG Paulus est Homo ingeniosus Ergo Paulus est homo Excipe ab hoc axiomate determinationes diminuentes

Quid est Totum Locale?

Est dictio significans omnem locum adverbialiter VG Ubique nusquam nullibi Pars vero ejus est dictio significans aliquem locum particularem VG hic ibi illic

Locus a toto locali habet axiomata duo Primum Quicquid convenit locus in toto convenit et quolibet ejus pars Ut Deus est Ubique Ergo est et hic 2dum A quocunque removetur totum in loco removetur et quolibet ejus pars VG Himera nullibi est Ergo neque hic

Locus a parte Locali Unum habet axioma negativum Cuicunque non convenit aliqua pars loci locali eidem nec ipsum totum convenit VG Gigantes non sunt in Colonia Ergo Gigantes non sunt ubique

Quid est Totum Temporale?

Est dictio verbalis significans omne tempus VG Semper nunquam Pars vero ejus est significans aliquam temporis partem VG Cras heri hodie. Locus a toto temporali duo habet axiomata Primum Cuicunque totum temporale convenit ei etiam quolibet pars ejus convenit VG Homo est semper risibilis Ergo et hodie item Homo nunquam est lapis Ergo nec modo

2dum Si quocunqz remoueri totum temporale abillo etiā removeri ejus pars V.G. semper albedo n̄ ē Linea Ergo etiam et modo
Locus a parte temporali unum habet axioma Cuicunqz non convenit aliqua pars temporalis eidem nec ipsum totum conveniet V.G. Casimirus hodiē n̄ ē in Schola Ergo Casimirus n̄ ē semper in Schola

De Loco a Causa et Causato

Causa ē à qua pendet causatum

Quot sunt Causarum Genera

Quatuor Efficiens Materialis, Formalis, et Finalis; Cuilibet autem correspondet proprium causatum

Quid est Causa Efficiens

Est à qua aliquid ē V.G. Figulus ē causa efficiens ol[l]æ. causæ efficienti correspondet proprius effectus
Locus a causa Efficiente duo habet axiomata 1mū Cuius causa efficiens ē bona ipsumquoqz opus ē bonū V.G. Ædificator ē bonus Ergo domus ab eo facta ē bona 2dum Cuius causa efficiens n̄ ē bona ipsumquoqz bonū opus esse n̄ potest V.G. Sartor n̄ est bonus Ergo vestis ab eo facta n̄ est bona
Locus a causa effectum duo etiā hbt axiomata 1mum Effectus Cuius causa ē bona ē bonus 2dum Effectus Cuius causa n̄ ē bona Effectus bonus arguit causā bonā

Annotatio

Causa Efficiens varias habet divisiones Namq[ue] alia ē causa Efficiens per se alia per accidens. Efficiens per se et ..pla

Principalis et minus Princip[alis]

[illegible] intus [illegible]
[illegible] formales Materiales [illegible] alia in [illegible]
alia instrumentalis [illegible] alia interna alia exter
na. Rursus causa per se alia e mediata alia proxima
alia Remota. Quid est Causa Materialis?
Est ex qua aliquid fit ut lignum e causa Materia
lis scamni
Causa Materialis e duplex alia permanens alia trans
iens V.G. ferrum e Materia permanens quia manet quia
manet in cultro Farina vero e Materia transiens nam in pa
ne n manet farina. Causa huic Materiali correspondet cau
satum materiale, et habet duo axiomata
Primu posita causa Materiali sive permanente sive transi
ente potest poni effectus V.G. ferrum e Ergo cultrum ee pt
2du Sublata causa Materiali auferi effectus V.G. ferrum
n e Ergo nec culter ee pt
Locus ab effectu Materiali duo habet axiomata Primu posito
effectu materiae permanentis necessarium e materiam acta
esse permanente V.G. Culter e Ergo ferru est 2dum Posito
effectu materiae transientis necessarium e ~~et~~ ipsam quoque ma
teria praefuisse. V.G. Panis e Ergo farina fuit v. sit v. est

Quid e Causa Formalis

Est qua rem in suo ee constituit ut albedo e causa albi Hic lo
cus habet duo axiomata 1 Posita causa formali necessario po
nitur ejus effectus V.G. Est bonitas Ergo e bonum 2 Sublata cau
sa Formali auferi ejus effectus V.G. anima n e Ergo animatu
non est
Locus ab effectu Formali duo etiam habet axiomata Primu Posito
effectu formali poni causa formalis 2du Sublato effectu for
mali auferi causa Formalis

Quid e Causa Finalis?

